Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39405
Copyright: Melk, Benediktinerstift

corpusculum primo/deinde animam infundi.
Quidam fici utrumque simul tenent. Abstinentia/et primis ut aiunt unguiculis/incipere
debet instituere puerum. Sed preterita sunt hec
tempora tibi Vtinam non ignaue. Ad etatem
tuam festinandum est Adhuc te puerum habemus
Audi precepta que damus puero. Dico te alloquor
teque admoneo. et preceptores tuos/et qui tui
curam gerunt. omnes alloquor. et admoneo
meminisse namque illos oportet eorum que ad
Traianum Cesarem plutarchus scribit. qui
publico sermone disciplinorum delicta in prec
tores refundi commemorat Depravatum
namque Neronis ingenium non defuerunt/ qui
Senece ascriberent. Socrates cum indoctum
bone indolis puerum aspexisset. pedagogum
eius passisse traditur/Relatum est a babilo
nio dyogene/leonidam Alexandri preceptorem
quibusdam illum vitiis imbuisse. que robusta
quoque/et iam maximum regem ab institutione
puerili sunt prosecuta. Insulsi ergo atque omnino
desuri sunt/qui filios suos curam quibusque
passim et sine ullo delectu committunt/Ego
illos aut eruditos esse noluerim quod primum
est/Aut se non eruditos fuisse/Nihil enim pernis
est hijs qui paululum aliquid ultra primas
litteras progressi falsam sibi ut Quintiliani
verbis utamur/sterilem persuasionem induxerunt.
Recte igitur philippus macedo Alexandro filio
suo prima litterarum elementa/ab Aristotele tradi
voluit/summo illius etatis philosopho/Nostro
quis error leonide locum fecit/Recte etiam